



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

De virginitate, qu[a]e est pars castitatis. Quæstio 152.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

honestate nuptiarum decoratur, verecundia non creat. Et hoc ideò, quia motus genitalium membrorum non subijcitur imperio rationis, sicut motus aliorum exteriorum membrorum. Verecundatur autem homo non solù de illa commitione venerea, sed etiã de quibuscumque signis eius, vt Philosoph. dicit in 2. lib. Rhet. * Et ideò pudicitia attenditur proprie circa venerea, & præcipuè circa signa venereorum: sicut sunt aspectus impudici, oscula, & tactus. Et quia hæc magis solent deprehendi, ideò pudicitia magis respicit huiusmodi exteriora signa: castitas autem magis ipsam veneream commitionem. Et ideò pudicitia ad castitatem ordinatur, non quasi virtus ab ipsa distincta, sed sicut exprimens castitatis circumstantiam quandam. Interdum tamen vnum pro alio ponitur.

li. 2. c. 6.
post me.
1073. 6.

Ad primum ergo dicendum, quòd August. ibi accipit pudicitiam pro castitate.

Ad secundum dicendum, quòd quamuis omnia vitia habeant turpitudinem quandam, specialiter tamen vitia intemperantiæ, vt ex supradictis patet.

Ad tertium dicendum, quòd inter vitia intemperantiæ, præcipuè sunt exprobrabilia peccata venereorum propter inobedientiam genitalium membrorum, tum etiam propter hoc quòd ratio ab huiusmodi maxime absorbetur.

QVÆST. CLII.

De virginitate, in quinque articulos diuisa.

Deinde considerandum est de Virginitate.

- ¶ Et circa hoc quærentur quinque.
- ¶ Primo, in quo consistat virginitas.
- ¶ Secundo, vtrum sit licita?
- ¶ Tertio, vtrum sit virtus?
- ¶ Quarto, de excellentia eius, respectu matrimonij.
- ¶ Quinto, de excellentia eius, respectu aliarum virtutum.

A R.

Utrum uirginitas consistat in integritate carnis?

732

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod uirginitas non consistat in integritate carnis. Dicit enim August. in lib. de Nuptijs, & concupiscentia*, quod uirginitas est in carne corruptibili, incorruptionis perpetuæ meditatio. Sed meditatio non pertinet ad carnem. Ergo uirginitas non consistit in carne.

4. d. 33.
q. 3. a. 1.
c. d. 34.
q. 1. ar. 5.
ad 4. c.
d. 49. q. 5.
a. 3. q. 3.

¶ 2 Præterea, Uirginitas pudicitiam quamdam importat. Sed August. dicit in 1. de ciuit. Dei*, quod pudicitia consistit in anima. Ergo uirginitas non consistit in carnis incorruptione.

co. c. ad
4. Et quod
li. 5. n. 24
ad 2. c.
quod. 6. a.

¶ 3 Præterea, Carnis integritas uidetur consistere in signaculo uirginalis pudoris. Sed quandoque absque uirginitatis præiudicio frangitur illud signaculum. Dicit enim August. in 1. de ciuit. Dei*, quod illa membra possunt diuersis casibus vulnerata uim perpeti; & medici quandoque salutem opitulantes, hæc ibi faciunt, quæ horret aspectus. Obstetrix etiã uirginis cuiusdam integritatem manu uelut explorans, dum inspicit, perdidit. Et subdit, Non opinor quemquam tam stultè sperere, ut huic perijisse aliquid existimet etiam de ipsius corporis sanctitate: quamuis membri illius integritate iam perditã. Ergo uirginitas non consistit in carnis incorruptione.

18. co.
* Id habet Aug.
li. de uirginit. c.
13. in pr.
tom. 6.
li. 1. c. 18.
tom. 5.
li. 1. c. 18.
circa me.
tom. 5.

¶ 4 Præterea, Corruptio carnis maximè in seminis resolutione consistit, quæ potest fieri sine concubitu, uel in dormiendo, uel in uigilando. Sed sine concubitu non uidetur perdi uirginitas. Dicit enim August. * in lib. de uirginit. quod uirginalis integritas, & per piã continentiam ab omni concubitu immunitas, angelica portio est. Ergo uirginitas non consistit in carnis incorruptione.

c. 13. in
pr. to. 6.

SED contra est, quod August. in eodem libro dicit*, quod uirginitas est continentia, qua integritas carnis ipsi creatori animæ, & carnis uouetur, conseruatur, seruatur.

c. 8. in fi.
tom. 6.

RE-

RESPONDEO dicendum, quòd nomen virginitatis à virore sumptum videtur. Et sicut illud dicitur virens & in suo virore persistere, quod non est ex superabundantia caloris adustionem expertum: ita etià virginitas hoc importat, quod persona cui inest, immunis sit à concupiscentiæ adustione, quæ esse videtur in consummatione maximæ delectationis corporalis, qualis est venerorum delectatio. Vnde * Ambrosius dicit in libro de virginitate, quòd castitas virginalis est experta contagionis integritas. In delectatione autem venerorum tria est considerare. Vnum quidem, quod est ex parte corporis, scilicet violatio signaculi virginalis. Aliud autem est, in quo coniungitur id quod est animæ, cum eo quod est corporis, scilicet ipsa resolutio feminis delectationem sensibilem causans. Tertium autem est solum ex parte animæ, scilicet propositum perueniendi ad talem delectationem. In quibus tribus, id quod primò positum est, per accidens se habet ad moralem actum, qui non consideratur per se, nisi secundum ea, quæ sunt animæ.

*In lib de
virg. in
2. fol. a
prin. lib.
107. 1.*

Secundum verò materialiter se habet ad actum moralem. Nam sensibiles passionem sunt materia moralium actuum. Tertium verò se habet formaliter & completiue: quia ratio moralium in eo quod est rationis, completur. Quia ergo virginitas dicitur per remotionem prædictæ corruptionis, consequens est quòd integritas membri corporalis per accidens se habeat ad virginitatem. Ipsa autem immunitas à delectatione, quæ consistit in feminis resolutione, se habet materialiter. Ipsum autem propositum perpetuo adueniendi à tali delectatione, se habet formaliter & completiue in virginitate.

Ad primum ergo dicendum, quod illa definitio Augustini tangit quidem in recto id quod est formale in virginitate. Nam per meditationem intelligitur propositum rationis. Quod autem additur, perpetua, non sic intelligitur, quod oporteat virginem semper actu talem meditationem habere; sed quia hoc debet in pro-

in proposito gerere, ut perpetuo in hoc perseue-
ret. Id vero quod est materiale, tangitur in ebi quo,
cum dicitur, incorruptionis in carne corruptibili:
quod adiur, ad ostendendam virginis difficulta-
tatem. Nam si caro corrumpi non posset, non es-
set difficile perpetuam incorruptionis meditationem
habere.

Ad secundum dicendum, quod pudicitia est qui-
dem essentialiter in anima, materialiter autem in car-
ne; & similiter virginitas. Vnde August. * dicit in lib. *e 8 parū*
de Virginit. quod licet virginitas in carne seruetur, *a pr. 10.6*
ac per hoc corporalis sit, tamen spiritalis est, quam
fouet, & seruat continentia pietatis.

Ad tertium dicendum, quod sicut dictum est *, in-
tegritas corporalis membri per accidens se habet ad *In 10. ar.*
virginitatem, in quantum scilicet per hoc, quod ex
proposito voluntatis abstinet quis a delectatione ve-
nera, remanet integritas in membro corporeo. Vn-
de si contingat quod per alium modum aliquo ca-
su, membri integritas corrumpatur, non magis præ-
iudicat virginitati, quam si corrumpatur manus,
aut pes.

Ad quartum dicendum, quod delectatio quæ est
ex seminis resolutione, dupliciter potest contingere.
Vno modo, ut procedat ex mentis proposito. Et sic
tollit virginitatem, siue fiat per concubitum, siue ab-
que concubitu. Facit autem mentionem Augustinus
* de concubitu, quia huiusmodi resolutio commu-
niter & naturaliter ex concubitu causatur. Alio mo-
do potest provenire præter propositum mentis, vel *Ioco cit.*
in dormiendo, vel per violentiam illatam, cui mens *in arg.*
non consentit, quamvis caro delectationem experia-
tur: vel etiam ex infirmitate naturæ, ut patet in his
qui fluxum seminis patiuntur. Et sic non perditur vir-
ginitas, quia talis pollutio non accidit per impudici-
tiam, quam virginitas excludit.

Utrum uirginitas sit illicita?

733

Inf. a 3.

Et 4. cor.

Et 4. dif.

32 q. 1. a.

2. ad 2.

Et 1. cor.

1r. 136

Et ma. 9.

15. ar.

ad 13. Et

uir. 9. 1.

ar. 13. ad

6. Et 2.

15. le. 2.

fin.

li 2. c. 2.

à me. 6.

li. 3. c. 11.

10m 5.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod uirginitas sit illicita. Omne enim quod contrariatur præcepto legis naturæ, est illicitum. Sed hoc præceptum legis naturæ ad conseruationem indiuidui est, quod tangitur Genes. 2. De omni ligno, quod est in paradiso, comede: ita etiam præceptum legis naturæ est ad conseruationem speciei, quod ponitur Gen. 1. Crescite & multiplicamini, & replere terra.

Ergo sicut peccaret qui abstinere ab omni cibo, non potest faciens contra bonum indiuidui: ita etiam peccat, qui omnino abstinere ab actu generationis, ut patet faciens contra bonum speciei.

¶ 2 Præterea, Omne illud quod recedit à medio virtutis, videtur esse vitiosum. Sed uirginitas recedit à medio virtutis, ab omnibus delectationibus uentris abstinens. Dicit enim Philosophus in 2. Ethicorum quod qui omni voluptate potitur, & neque ab illa recedit, in temperatus est: qui autem omnes delectationes aggressus, est insensibilis. Ergo uirginitas est aliquid vitiosum.

¶ 3 Præterea, Penam non debetur nisi vitio. Sed apud antiquos puniebantur secundum leges illi qui semper celibem vitam ducebant: ut Valerius Maximus dicit. Unde & Plato secundum Augustinum in libro Vera religio. * sacrificiis nature dicitur: ut perpetua eius continentia tamquam peccatum aboleretur. Ergo uirginitas est peccatum.

SED contra est, quod nullum peccatum recte cadit sub consilio. Sed uirginitas recte cadit sub consilio. Dicitur enim 1. ad Cor. 7. De uirginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem habeo. Ergo uirginitas non est aliquid illicitum.

RESPONDEO dicendum, quod in humanis actibus illud est vitiosum, quod est præter rationem. Habet autem hoc recta ratio, ut his qui sunt ad finem, utatur aliquis secundum eam mensuram qua

quæ congruit fini. Est autem triplex hominis bonum, ut dicitur in 1. Ethicor. * Vnum quidem, quod consistit in exterioribus rebus, puta diuitijs. Aliud autem, quod consistit in bonis corporis. Tertium autem, quod consistit in bonis animæ. Inter quæ etiam bona contemplatiuæ vitæ sunt posteriora bonis vitæ actiuæ: ut Philosophus * probat in 10. Ethic. Et Dominus dicit Luc. 10. Maria optimam partem elegit. Quorum bonorum exteriora quidem ordinantur ad ea quæ sunt corporis: ea verò quæ sunt corporis, ad ea quæ sunt animæ: & vltimus ea quæ sunt vitæ actiuæ, ad ea quæ sunt vitæ contemplatiuæ. Pertinet igitur ad rectitudinem rationis, ut aliquis utatur exterioribus bonis secundum eam mensuram quæ competit corpori, & similiter de alijs. Vnde si quis abstinere ab aliquibus possidendis, quæ alius esset bonum possidere, ut consulat salutem corporali, vel etiam contemplationi veritatis: non esset hoc vitiosum, sed secundum rationem rectam. Et similiter si quis abstinere a delectationibus corporalibus, ut liberius vacet contemplationi veritatis, pertinet hoc ad rectitudinem rationis. Ad hoc autem pia virginitas ab omni delectatione venerea abstinet, ut liberius diuinæ contemplationi vacet. Dicit enim Apostolus 1. ad Corint. 7. Mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, & quomodo placeat viro. Vnde relinquitur quod virginitas non est aliquid vitiosum, sed potius laudabile.

Ad primum ergo dicendum, quod præceptum habet rationem debiti, ut supra dictum est *. Duplīciter autem aliquid est debitum vno modo, ut impleatur ab vno. Et hoc debitum sine peccato præteriri non potest. Aliud autem est debitum implendum à multitudine. Et ad tale debitum implendum non tenetur quilibet de multitudine. Multa enim sunt multitudini necessaria, ad quæ implenda vnus non sufficit. Sed implentur à multitudine, dum vnus hoc, alius illud

R 2 lud

li. 1. c. 9.
in fi 10. 5

lib. 10. c.
7. ca. 5.

9. 122. d.
1.

lud facit. Preceptum igitur legis natura homini de-
 tum de comestione, necesse est quod ab unoquoque
 impleatur. Aliter enim individuum conservari non
 posset, sed preceptum datum de generatione respicit
 totam multitudinem hominum, cui necessarium est
 non solum quod multiplicetur corporaliter, sed etiam
 quod spiritualiter proficiat. Et ideo sufficienter pro-
 videtur humane multitudini, si quidam carnali gene-
 rationi operam dent; quidam vero ab hac abstinere
 contemplantur, ad totius hu-
 mani generis pulchritudinem & salutem. Sicut etiam
 in exercitu quidam castra custodiunt, quidam figu-
 ras deferunt, quidam gladijs decerrant: quæ tamen
 omnia debita sunt multitudini, sed per unum imple-
 ri non possunt.

Ad secundum dicendum, quod ille qui abstinere
 omnibus delectationibus præter rationem rectam,
 quasi delectationes secundum se abhorrens, est insu-
 stentabilis, sicut agrestis. Virgo autem non abstinere ab om-
 ni delectatione, sed solum a delectatione venerea,
 & ab hac abstinere secundum rationem rectam, ut
 dicitur in 2. Ethic. * Medium autem virtutis non secundum
 quantitatem, sed secundum rationem rectam deter-
 minatur, ut dicitur in 4. Ethic. * Unde de magnitudine
 dicitur in 4. Ethic. † quod est magnitudinis extremitas
 eo autem quod, ut oportet, medium.

Ad tertium dicendum, quod leges feruntur secundum
 ea quæ ut in pluribus accidunt. Hoc autem rarum
 erat apud antiquos, ut aliquis amore veritatis con-
 templandæ, ab omni delectatione venerea abstinere
 quod solus Plato legitur fecisse. Unde non sacrificium
 quasi hoc peccatum reputaret, sed perversum
 civium cedens, ut ibidem August. dicit *.

ARTIC. III.

Utrum virginitas sit virtus?

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod vir-
 ginitas non sit virtus. Nulla enim virtus inest nobis
 à na-

*In corp.
 art.
 li. 2. c. 6.
 rom. 5.
 † li. 4. c. 3.
 rom. 5.
 Loco cit.
 in arg.
 734
 Inf. q. 155
 ar. 1. cor.
 ad 5.
 et 4 d. 33
 q. 3. a. 2.
 d. 49.
 q. 5. a. 3.
 q. 1. co. Et
 2. eth. ile.
 a. 11.*

à na-
 nitas
 virgo
 habet
 alias
 cum
 niati
 quod
 non el
 tentia
 tiam.
 fit, ne
 videtur
 Sed vi
 trimo
 pudici
 tus. Er
 S E
 nitate
 ni are
 videat
 R E
 dictum
 plerum
 tione v
 reddit
 dum re
 integri
 delecta
 speciali
 ibi inue
 magnif
 hoc est
 commu
 à na-

à natura, vt Philosoph. dicit in 2 Ethic * Sed virginitas inest nobis à natura. Quilibet enim mox natus, virgo est. Ergo virginitas non est virtus.

¶ 2 Præerea, Quicumque habet vnã virtutem, habet omnes, vt supra habitum est. Sed aliqui habent alias virtutes, qui non habent virginitatem alioquin cum sine virtute nullus ad regnum cælorum perueniat, nullus sine virginitate ad ipsum posset peruenire: quod esset matrimonium damnare. Ergo virginitas non est virtus.

¶ 3 Præerea, Omnis virtus restituitur per pœnitentiam. Sed virginitas non reparatur per pœnitentiam. Vnde Hieronym. dicit *; Cum cætera Deus possit, non potest virginem post ruinam reparare. Ergo videtur, quod virginitas non sit virtus.

¶ 4 Præerea, Nulla virtus perditur sine peccato. Sed virginitas perditur sine peccato, scilicet per matrimonium. Ergo virginitas non est virtus.

¶ 5 Præerea, Virginitas condiuiditur viduitati & pudicitia coniuiali. Sed neutrum illorum ponitur virtus. Ergo virginitas non est virtus.

S E D contra est, quod Ambr. dicit in lib. de Virginitate, Inuita integritatis amor, vt aliquid de virginitate dicamus, ne veluti transitu quodam perstricta videatur, quæ principalis est virtus.

R E S P O N D E O. dicendum, quod sicut supra dictum est *, in virginitate est sicut formale & completium, propositum perpetuò abstinendi à delectatione venerea. Quod quidem propositum laudabile redditur ex fine, in quantum scilicet hoc fit ad vacandum rebus diuinis. Materiale autem in virginitate est integritas carnis absque omni experimento venereæ delectationis. Manifestum est autem quod vbi est specialis materia boni habens specialem excellentiã, ibi inuenitur specialis ratio virtutis: sicut patet in magnificentia, quæ est circa magnos sumptus. Et ex hoc est specialis virtus a liberalitate distincta, quæ communiter se habet circa omnem pecuniarum vium.

R 3 vium.

Ad Eustochium, de custodia virginit. in sol. a pri. so. 1.

lib. 1. de virginitatibus, non multum longè a prin. to 1 ar. 1. huius.

vsu. Hoc autem quod est conseruare se immunem ab experimento veneræ voluptatis, habet quandam excellentiam laudis supra hoc quod est conseruare se immunem ab inordinatione veneræ voluptatis. Et ideo virginitas est quædam specialis virtus, habens se ad castitatem, sicut magnificentia ad liberalitatem.

Ad primum ergo dicendum, quod homines ex sua natiuitate habent id quod est materiale in virginitate, scilicet integritatem carnis immunem ab experimento veneræ. Non tamen habent id quod est formale in virginitate, vt scilicet habeant propositum seruandi huiusmodi integritatem propter Deum. Et ex hoc habet rationem virtutis. Vnde Augustinus dicit in lib. de Virginitate, Nec nos hoc in virginibus prædicamus, quod virgines sunt; sed quod Deo dicuntur, pia continentia virgines sunt.

c. 8. & 11
in princ.
tom. 6.

Ad secundum dicendum, quod connexio virtutum accipitur secundum illud quod est formale in virtutibus, id est secundum charitatem, vel secundum prudentiam, vt supra habitum est. Non autem secundum id quod est materiale in virtutibus. Nihil enim prohibet alicui virtuoso suppetere materiam virtutis, non autem materiam alterius. Sicut pauper habet materiam temperantiæ, non autem materiam magnificentiæ. Et hoc modo alicui habenti alias virtutes deest materia virginitatis, id est, prædicta integritas carnis. Tamen potest id quod est formale in virginitate habere, vt scilicet habeat in præparatione mentis prædictæ integritatis conseruandi propositum, si hoc sibi competeret. Sicut pauper potest in præparatione animi habere propositum magnificentiæ sumptus faciendi, si sibi competeret. Et similiter ille, qui est in prosperitate, habet in præparatione animi propositum aduersa æquanimiter tolerandi, & sine hac præparatione animi non potest aliquis esse virtuosus.

q. 129. a.
3. ad 2.

Ad tertium dicendum, quod virtus per panitentiam

tiam
in vi
riali
pseri
tuun
pecc
virg
posit
quid
scilic
talite
est,
cet q
fiat n
ea qu
tum e
Ad
dum
matur
August
tem in
uetur
dum
causa
Ad
ex ho
volup
supra
quid
men
ista,
volup
ponit
ficent
A

tiam reparari potest quantum ad id quod est formale in virtute, non autem quantum ad id quod est materiale in ipsa. Non enim si quis magnificus contumperit diuitias suas, per poenitentiam peccati restituuntur ei diuitiæ. Et similiter ille qui virginitatem peccando amisit, per poenitentiam non recuperat virginitatis materiam, sed recuperat virginitatis propositum. Circa materiam autem virginitatis est aliquid, quod miraculosè reparari poterit diuinitus, scilicet integritas membri, quam dicimus accidentaliter se ad virginitatem habere. Aliud autem est, quod nec miraculosè reparari potest, vt scilicet quòd, qui expertus est voluptatem veneream, fiat non expertus. Non enim Deus potest facere, vt ea quæ facta sunt, non sint facta, vt in primo habitum est *.

Ad quartum dicendum, quòd virginitas, secundum quod est virtus, importat propositum voto firmatum integritatis perpetuò seruandæ. Dicit enim August. * in lib. de Virginitate, quòd per virginitatem integritas carnis ipsi creatori animæ & carnis vouetur, consecratur, seruatur. Vnde virginitas, secundum quod est virtus, numquam amittitur nisi per peccatum.

Ad quintum dicendum, quòd castitas coniugalis ex hoc solo laudem habet, quod abstinet ab illicitis voluptatibus: vnde non habet aliquam excellentiam supra communem castitatem. Viduitas autem addit quidem aliquid supra communem castitatem: non tamen peruenit ad id quod est perfectum in materia ista, scilicet ad omnimodam immunitatem venereæ voluptatis, sed sola virginitas. Et ideo sola virginitas ponitur virtus specialis supra castitatem, sicut magnificentia supra liberalitatem.

ARTIC. IV.

Quæritur, an virginitas sit excellentior matrimonio? Ad quartum sic proceditur. Videtur, quòd virginitas non sit excellentior matrimonio. Dicit enim

1. p. 9. 25
ar. 4.
c. 8. inf.
10m. 0.
735
4 d. 30.
92 a. 3.
ad 6. 6.
d. 33. 9.
3. a. 1. ad
3. 6. ar.
3. ad 1.
Et 3. 101.
c. 137.
R 4 Au-

* c. 21. in
fin. 10.6.

August. * in lib. de Bono coniugali, Nō est impar meritum continentia in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias; & in Abraham, qui filios generavit. Sed maioris virtutis maius est meritum. Ergo virginitas non est potior virtus, quā castitas coniugalis.

¶ 2 Præterea, Ex virtute dependet laus virtuosi. Si ergo virginitas præferretur continentia coniugali, videtur esse consequens quod quælibet virgo esset laudabilior quælibet coniugata. Hoc autem est falsum. Ergo virginitas non præfertur coniugio.

li. 1. c. 2.
in fi. 10. 5.
† c. 16. in
pri. 10. 6.

¶ 3 Præterea, Bonum commune potius est bono priuato, vt patet per Philof. * in 1. Ethic. Sed coniugium ordinatur ad bonum commune. Dicit enim August. in lib. de Bono coniugali †, Quod est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem humani generis. Virginitas autem ordinatur ad bonum speciale, vt scilicet vitent tribulationem carnis, quam sustinent coniugati, sicut patet per Apostolum 1. ad Corint. 7. Ergo virginitas non est potior continentia coniugali.

* c. 19. in
fin. 10. 6.

Sed contra est, quod dicit August. * in lib. de virginitate, Et certa ratione & sanctorum scripturarum auctoritate, nec peccatum esse nuptias inuenimus: nec eas bono vel virginalis continentia, vel etiam vidualis æquamus.

li. 1. non
remoue a
pri. in. 10. 3

RESPONDEO dicendum, quod sicut patet in lib. Hierony * contra Iouinianum, hic error fuit Iouiniani, qui posuit virginitatem non esse matrimonio præferendam. Qui quidem error præcipue destruitur & exemplo Christi, qui & matrem virginem elegit, & ipse virginitatem seruauit: & ex doctrina Apostoli, qui 1. ad Cor. 7. virginitatem consulit tanquam melius bonum. Et etiam ratione, tum quia bonum diuinum est potius humano bono: tum quia bonum animæ præfertur bono corporis: tum etiam quia bonum contemplatiuæ vitæ præfertur bono adiuæ. Virginitas autem ordinatur ad bonum animæ secundum vitam contemplatiuam, quod est cogitare ea quæ

quæ sunt Dei. Coniugium autem ordinatur ad bonum corporis, (quod est corporalis multiplicatio generis humani), & pertinet ad vitam ætternam: cura vir & mulier in matrimonio viuentes, necesse habent cogitare quæ sunt mundi, vt patet per Apost. 1. ad Corint. 7. Vnde indubitanter *virginitas præferenda est continentia coniugali.*

Ad primum ergo dicendum, quod meritum non solum pensatur ex genere actus, sed magis ex animo operantis. Habuit autem animum Abraham sic dispositum, vt paratus esset virginitatem seruare, si esset temporis congruum: ex quo meritum continentia coniugalis in ipso æquatur merito continentia virginis in Ioanne, respectu præmij substantialis, non autem respectu præmij accidentalis. Vnde Aug. * dicit in lib. *ca. 21. in de Bono coniugali, quod Ioannis cælibatus, & Abrahamæ connubium, pro temporum distributione Christo militarunt: sed continentiam Ioannes etiam in opere, Abraham verò in solo habitu habebat.* *fi. 10. 6.*

Ad secundum dicendum, quod licet virginitas sit melior quam continentia coniugalis, potest tamen coniugatus melior esse quam virgo, duplici ratione. Primum quidem, ex parte ipsius castitatis, si scilicet ille qui est coniugatus, habeat animum magis paratum ad virginitatem seruandam, si oporteret, quam ille qui est actu virgo. Vnde August. * instruit virginem *c. 22. ante in lib. de Bono coniugali, vt dicat. Ego non sum melior quam Abraham: sed melior est castitas cælibum, quam castitas nuptiarum. Et rationem postea subdit, dicens, Quod enim nunc ago, melius ille egisset, si tunc agendum esset. Quod autem illi egerunt, sic ego non agerem, etiam si nunc agendum esset. Secundo, quia forte ille qui non est virgo, habet aliquam excellentiorem virtutem. Vnde August. * dicit in libro de Virginitate, Vnde scit virgo, quamuis sollicita, quæ sunt Domini, ne forte propter aliquam sibi incognitam mentis infirmitatem nondum sit matura martyris: illa verò mulier, cui se præferre gestiebat, iam pot-*

ca. 21. in fi. 10. 6.

*c. 22. ante in lib. de Bono coniugali, vt dicat. Ego non sum melior quam Abraham: sed melior est castitas cælibum, quam castitas nuptiarum. Et rationem postea subdit, dicens, Quod enim nunc ago, melius ille egisset, si tunc agendum esset. Quod autem illi egerunt, sic ego non agerem, etiam si nunc agendum esset. Secundo, quia forte ille qui non est virgo, habet aliquam excellentiorem virtutem. Vnde August. * dicit in libro de Virginitate, Vnde scit virgo, quamuis sollicita, quæ sunt Domini, ne forte propter aliquam sibi incognitam mentis infirmitatem nondum sit matura martyris: illa verò mulier, cui se præferre gestiebat, iam pot-*

Ibid.

c. 44. in fi. 1. 8.

possit bibere calicem dominicæ passionis.

Ad tertium dicendum, quod bonum commune potius est bono privato, si sit eiusdem generis. Sed potest esse quod bonum privatum sit melius secundum suum genus. Et hoc modo virginitas Deo dicata, præfertur fecunditati carnali. Unde Aug. * dicit in lib. de cap. 9. in prim. 1.6. Virginitate, quod fecunditas carnis, etiam illarum quæ in hoc tempore nihil aliud in conjugio, quam prolem requirunt, quam mancipent Christo, pro amissa virginitate compensari non posse credenda est.

ARTIC. V.

736

ins. 9. 155

a. 1. c. 9.

185 a. 4.

Et 4. dis.

33. q. 3.

a. 7. et 3.

contra c.

324.

* in tra.

de habi.

tu virg.

nō remo.

tē à pr.

incip hic

h. Disci.

plin a cu.

slos. c.

Aug in

i de vir.

gin. c. 46.

ante fi.

† est glo.

Hier. ibi.

dem. 9.

* 46. i. fi.

† c. 45. in

prim. 1.6.

Utrum virginitas sit maxima virtutum?

Ad quantum sic proceditur. Videtur, quod virginitas sit maxima virtutum. Dicit enim * Cyprianus in lib. de Virginitate, Nunc nobis ad virgines sermo est, quarum quo sublimior est gloria, eo est maior cura: flos est ille ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiæ spiritualis: illustrior portio gratiæ Christi.

¶ 2. Præterea, Maius præmium debetur maiori virtuti. Sed virginitati debetur maximum præmium, scilicet fructus centesimus, ut patet † Matth. 13. in Gloss. Ergo virginitas est maxima virtutum.

¶ 3. Præterea, Tanto aliqua virtus est maior, quanto per eam aliquis Christo magis conformatur. Sed maxime aliquis conformatur Christo per virginitatem. Dicitur enim Apocalyp. 14. de virginibus, quod sequuntur agnum quocumque ierit: & quod cantant canticum novum, quod nemo alius poterat dicere. Ergo virginitas est maxima virtutum.

SED contra est, quod Aug. * dicit in lib. de Virginitate, Nemo quantum puer, ausus fuerit virginitatem præferre maritaggio. Et in eod. † lib. dicit, Præclarissimum testimonium perhibet, ecclesiastica auctoritas: in qua fidelibus notum est, quo loco martyres, & quod defunctæ sanctimoniales ad altaris sacramenta recitantur. Per quod datur intelligi, quod martirium virginitati præfertur, & similiter monasterij status.

R. R.

RESPONDEO dicendum, quod aliquid potest dici excellentissimum dupliciter. Vno modo, in aliquo genere. Et sic virginitas est excellentissima, scilicet, in genere castitatis. Transcendit enim & castitatem vidualem, & conjugalem. Et quia castitati antonomastice attribuitur decor, ideo virginitati per consequens attribuitur excellentissima pulchritudo.

Vnde & Ambr. dicit in lib. * de virginitate, Pulchritudinem quis potest maiorem ultimare, decore virginis, que amatur a rege, probatur a iudice, dedicatur Domino, consecratur Deo? Alio modo potest dici aliquid excellentissimum simpliciter. Et sic virginitas non est excellentissima virtutum. Semper enim finis excellit id quod est ad finem: & quanto aliquid efficacius ordinatur ad finem, tanto melius est. Finis autem ex quo virginitas laudabilis redditur, est vacare rebus diuinis, vt * dictum est. Vnde ipsa virtutes theologice, & etiam virtus religionis, quarum actus est ipsa occupatio circa res diuinas, preferuntur virginitati. Similiter etiam vehementius operantur ad hoc, quod inhareant Deo martyres, qui ad hoc postponunt propriam vitam; & viuentes in monasterijs, qui ad hoc postponunt propriam voluntatem, & omnia que possunt habere: quam virgines, que ad hoc postponunt veneream voluptasem. Et ideo virginitas non simpliciter est maxima virtutum.

Ad primum ergo dicendum, quod virgines sunt illustrior portio gregis Christi, & est ea unius sublimior gloria per comparationem ad viduas, & conjugatas.

Ad secundum dicendum, quod centesimus fructus attribuitur virginitati secundum Hier. * propter excellentiam quam habet ad viduitatem, cui attribuitur sexagesimus: & ad matrimonium, cui attribuitur tricesimus. Sed sicut Aug. * dicit in lib. de qq. Euangelij, centesimus fructus est martyrum: sexagesimus, virginum: & tricesimus, conjugatorum. Vnde ex hoc non sequitur quod virginitas sit simpliciter maxima virtutum omnium, sed solum in alijs gradibus castitatis.

Ad

lib. 1. de virg p. 3. post me. li 2. i.

ar. 4. huius 9.

ex arg.

lib. 1. c. in pr. 50 4.

Ad tertium dicendum, quod virgines sequuntur agnum quocumque ierit: quia imitantur Christum, non solum in integritate mentis, sed etiam in integritate carnis, ut Augustinus dicit in libro de Virginitate. Et idem in pluribus sequuntur agnum, non tamen oportet quod magis de propinquo: quia alie virtutes faciunt propinquius inhaerere Deo per imitationem mentis. Canticum autem novum, quod solae virgines cantant, est gaudium quod habent de integritate carnis seruata.

QVÆSTIO CLIII.

De vitio luxuria, in quinque articulos diuisa.

Dinde considerandum est de vitio luxuria, quod opponitur castitati. Et primo de ipsa in generali. Secundo, de speciebus eius.

¶ Circa primum quaruntur quinque.

¶ Primo, quæ sit materia luxuria.

¶ Secundo, vtrum omnis concubitus sit illicitus?

¶ Tertio, vtrum luxuria sit peccatum mortale?

¶ Quarto, vtrum luxuria sit vitium capitale?

¶ Quinto, de filiabus eius.

ARTIC. I.

Vtrum materia luxuria sint solum concupiscentia, & delectationes venereæ?

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod materia luxuria non solum sint concupiscentia, & delectationes venereæ. Dicit enim Augustinus in libro Confess. quod luxuria ad satietatem atque abundantiam se cupit vocari. Sed satietas pertinet ad cibos, & potus, abundantia autem ad diuitias. Ergo luxuria non est proprie circa concupiscentias, & voluptates venereas.

¶ 2. Præterea, Prou. 20. dicitur, Luxuriosa res est vinum. Sed vinum pertinet ad delectationem cibi, & potus. Ergo circa ea maximè videtur luxuria esse.

¶ 3. Præterea, Luxuria dicitur esse libidinosa voluptatis appetitus. Sed libidinosa voluptas non solum est in venereis, sed etiam in multis alijs. Ergo luxuria non